periesCap.I.inter rotundos. Pyritæ quidam teſticulis binis aut ternis ſimiles reperiuntur.

CAPITIS XII. PARS III.

De rebus foßilibus, quæ in Quadrupedibus animantibus reperiuntur, vel aliquam cum eis earúmve partibus ſimilitudinem habent. Et primùm de manſuetis.

SArcites bubulas carnes præſentat, Plinius. Bos.

Bouis capiti lapillum tradunt ineſſe, quem ab eo expui ſi necem timeat: inopinatis pciſo capite exemptũ adalligatumq́; mirè pdeſſe dentitioni, Plinius.

Lapis hic nigricans ſilicea duritie, (nam ictu ferri etiam ignis eli-